


MUNDUS  
SYMBOLICUS  
D. PHILIPPI PICINELLI.



Fimibus Italicis clausum

Philippus Picinellus Abbas.

VTILE DVLCI

Dionysius D.G.S.R.I. Prelatus & Abbas in Vetterhausseu, S.C.M. Conf. & Sacell. S.S. Th. & S.S. Can. D.

Toti exhibet orbi.

Augustinus Erath S.S. Th. D.

IN EMBLEMATUM UNIVERSITATE  
FORMATUS, EXPLICATUS, ET TAM SACRIS,  
quàm profanis Eruditionibus ac Sententiis illustratus :

*Subministrans*

*Idiomate Italico conscriptus*  
à REVERENDISSIMO DOMINO,

MEDIOLANENSI, CANONICO REGULARI LA-  
teranen. Abbate, Theologo, Lectore, Prædicatore privilegiato ;


*Nunc verò*

*Iusto Volumine auctus & in latinum traductus*

IMPERIALIS COLLEGH AD B. V. IN WETTENHAUSEN ;  
Ord. S. Augustini Canonico Regulari, SS. Theologiæ Doctore ac  
Professore, Protonotario Apostolico ac Sub-Decano ,

Cum quadruplici copiosissimo Indice, Lemmatum, Applicationum, Rerum  
notabilium, & locorum S. Scripturæ.

*Nunc primum in Germania prodit,*



*Löffler Junior fecit*

Sumptibus

Anno M.DC.LXXXVII.



aria V. ingratos benefica. Maria Virgo, ceu proceras Quercus, ingratos plurimos alit, qui nec benefactricem suam respicere, nec ora sua ad gratias referendas attollere dignantur. Apollitè in rem præsentem cum terra Deiparam comparat Propheta; *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem*, terra enim ingratis benefacit, qui multis eam injuriis afficiunt, conculcando, arando, conspuendo &c. Porro Rebeccam Deiparam typum asserit Richardus, quod ab Eliezer rogata, non solum ipsi, sed & camelis potum aquæ obtulerit; camelus enim ingrati animi est symbolum, cum aquam, unguentum levavit, turbet, & ex pellucida turbulentam reddat. Ita Maria non solum in homines gratos, sed ingratos quoque sua beneficia effundit S. Bernardus ad Deiparam conversus, *Tu, inquit, Peccatorem, quam ex libet fuerit, non horres, non despicis. Tu illum a desperationis barathro præ manu retrahis, spei medicamen aspiras, foveas, nec deseris, quousque, horrendo Iulici miserum reconcilies.* Cæterum imago ista cuiusvis, adversus Mæcenatem suum ingrato, convenit.

Richard L. 2.  
Bern. ser. de Virg. Deipara.  
Ingratus

citabili, in hostem ruit. Lemma. NON EGO REVERTAR INULTUS. Oseas propheta, & intra mortis jaculo in Christi persona transfixus, & intra mortis faucibus compressus, reclamabat, *Leo mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne.* veluti diceret, interpretè Cornelio à Lapide; *ergo Christus moratur, a te mors, & o inferne, sed ita, ut a te mori, te percussim mordeam, ut a te quasi absortus, viscera tua d'rumpan &c.* Hominem, vindictæ cupidum, alloquens Magnus Augustinus, ait; *Sitis vindictam, ne prius ab intentione desistas, donec de illo, qui te lesit, vindicaveris. Si Christianus es, expecta regnum tuum prius se vindicet Christus: nondum enim vindicatus est, qui pro te tantum perpeffus est.*

613. Prudentiam militarem e Rhinocerote discere licet, qui cum hoste conflictaturus, cornu suum in adversa petra ante congressum exactuit. Unde Burgalii lemma. PUGNÆ UT PARVTIOR. Hæc enim prævia exercitationes ac belli simulachra victoriæ obtinenda bales sunt. *Aniuros enim subito ad arma non erigunt, inquit Cassiodorus, nisi qui se ad ipsos idoneos, præmissi exercitatione, consilium.* Et Vegetius; *In certamine bellorum exercitata paucitas ad veterianam promptior est, quam rudis, & indocta multitudo, exposita semper ad eadem.*

Vindicta  
Christus  
pultus.  
Osee 13. 14.  
Corn à Lap.  
in hunc loc.  
S. Aug. serm. 37 de Divers. cap. 4.  
Exercitatio militaris  
Cassiod. Var. l. Epist. 40.  
Veget. l. 1. c. 1.

RHINOCEROS.  
Cap. XLII.

630. ID elogii de Rhinocerote habetur scriptis proditum, *Rhinoceros nunquam victus ab hoste redit.* Unde lemma. NON REDEO, NISI VICTOR. Belliducam illorum honorem hæc imago representat; qui, quot præliis, tot victoris ab hoste insignes revertuntur; Tales fuere Cæsar, Alexander Magnus, Carolus Quintus, alii. Ennodius in Theodorici panegyrico ait, *Si Regis mei bellanum rem, tot invenio, quot triumphos. Congressui tuo nullus hostium, nisi qui laudibus adderetur, occurrit. Militavit trophæis, qui resistit voluntati. Nam semper aut pietatis meæ peperit subjectus gloriam, aut qui præsumpsit, relictus virtuti &c.* Christus, a aperto Marte cum supplicii ac morte congressurus, verissimè de se ipso pronuntiare poterat, *Non redeo, nisi victor*; unde etiam eidem rediivo S. Ecclesia hoc epinicion accinit;

Miles fortunatus.  
Ennod. in Paeg. Theod.  
Christus atheniens.

*Consurget Christus in mulo  
VICTOR REDIT de barathro,  
Tyrannum trudens vinculo,  
Et paradysum referans.*

611. D. Aresius hanc Rhinoceroti gnomam subiecit; *MORI POTIUS, QUAM SUBDI.* Generosum militis animum, & invictam Martyris constantiam hæc imago designat; argumento è Machabæorum factis desumpto, ubi de Razia commemoratur. *Eligens nobiliter mori potius, quam subditus veri peccatoribus.* Athenienses, immensè in Xerxis sciam bello invasuri, Philone teste, *corruptis armis eam expeditionem susceperunt, quasi de bellaturis cum ingenti strage hostem, contemptis mortibus & vulneribus, ut scilicet in sepelirentur libero solo patriæ.* S. Hieronymus Archiepiscopus Hispalensis, *Dei servus*, inquit, *adversitate ulli non frangitur, sed se pro veritatis defensione ultro certaminis offert, nec unquam pro veritate diffidit.*

Generositas.  
Mach. 14. 42.  
Phil Hebraus. l. quod omnis probus liber.  
S. Hier. lib. 1. sent. cap. 26.

614. Rhinoceros, veluti congenito robore, & viribus ad hostes sternendos validissimis minimè contentus; insuper industriam conjunctam habet ad providam, ut prælium aspiciaturus, coram sum in lar lanceæ vibret; illudque longâ exercitatione præparat, ne ictu fortè irritò aut minus dextero adversus hostem dimittet. Unde exercitanti subseribes. NATURA, ET ARTE. Id ipsum planè in militia requiritur, ut præter dotes, à natura ingeneratas, etiam corpus probè exercitatum ac industriam afferas. Opportunè Vegetius; *Adversus omnia profuit, TYRONEM SOLERTEM ELLIGERE, IUS ( ut ita dicam ) ARMORUM DOCERE, disciplinam quotidiano exercitio robore.*

Miles.  
Veget. l. 1. c. 1.

615. Ajunt, Rhinocerotem, quantumvis furiundum, si intra virginis brachia recipiatur, totum mansuescere. Quare intra Virginis brachia conquiescenti inscripsit Lucanus; *CUM VIRGINE CICUR.* vel ut aliis placet; *CÆTERIS INDOMITUS.* Certè Deus, summè terribilis, postquam Virginis beatissimæ ut ruam habitare cepit, placidum se, ac penitus mansuetum orbi exhibuit. S. Bonaventura; *Christus, inquit, per mansuetissimam Mariam mansuescit & placatur, ne se de peccatore per mortem eternam ulciscatur.*

Incarnatio.  
S. Bonav. in Specul. c. 13.

616 Rhinoceros cum infirmiore animali dimicare dedignatur, suasque vires aonni adversus elephantis, aliasque eximii roboris belluas exercere solet. Unde Lemma. URGET MAJORA. Animum verè generosum ac Herculeum hæc imago innuit. Scitè Seneca Tragedus;

Generositas.  
Senec. H. v. Eur. Alt. 2.

*Virtus est domare, que cuncti pavent.  
Proprium enim est magnanimitatis vera, inquit Annæus Seneca, non sentire se percussum: Magna enim fera ad luctum canum contra respicit.* Torquatus Tassus hanc magnanimitatem in Emireno, Supremo Regis Ægyptii Belliduce, deprædicat;

*Contra il maggior Buglione il destrier onnge  
Che nezaico veder non sà più degno,  
E mostra non egli passio, o celi quunge  
Di valor disperato ultimo segno.*

Tass. Gerus. Liber in Car. 10 stanz. 133.

617. Rhinoceros nativo quodam instinctu intelligit,

*Mundi symbol. Picinelli & Aug. Eruth. Tom. I.*

Nn intelligit.

intelligit, sibi à venatoribus non nisi ob cornu, quod maximo habetur pretio, insidias ac perniciem strui. Quare ubi insequentes illos advertit, mox cornu, ad petram summo impetu allisum, venatoribus relinquit, sicque illorum manus facile evadit. Unde cornu adversus petram contrito, epigraphen reddit; **UT EVADAM.** Compertum omnino habemus, quod nos venator Tartareus undique insequatur: allidamus proinde cornu superbiæ nostræ ad petram, quæ est Christus; discamus ejus humilitatem & mansuetudinem; præmonente illo, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Hæc enim ratione diaboli insidias impetumque effugiemus. Ad saniorum mentem rediit Nabuchodonosor, & confessus est, quod *dominetur excelsus*, quando elevatum ipsius cornu à Deo est confractum; quando segregatus ab hominum consuetudine, inter bruta animantia vivere est coactus; sano ac gramine pecudum more pasci, Divino urgente decreto Expertissimo Augustino teste, *Nulla fere pagina est Sanctorum librorum, in qua non sonet, quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Superbia.

Humilitas. *Matth. 11. 29*

*S. Aug. l. 3. de Doctr. Christ. c. 23.*

**RUPICAPRA.**

**Cap. XLIII.**

618. **J**oannes Ferrus Abbas, Urbani VIII. Pontificis Maximi, poësin, eloquentiam, ac doctrinam Emblemate monstraturus, Rupicapram depinxit; quæ ad inaccessibleis montis fastigium exiliens, epigraphen tulit; **NEC INACCESSUS APEX.** Nec Joannem Ferrum tantum, sed & alios literatos complures sublimis illa Urbani sapientia in sui admirationem ac laudem traxit; Certe Joannes Baptista Laurus ea ipsius opera *Mel merum, ac nectar suavissimum* vocat. Joannes Barclajus de illis in hæc verba pronuntiat; *Gemma illa, & virilis scribendi felicitas.* Universis Parisiensis ipsius poemata hoc elogio exornavit; *Divina Carmina, caelesti quodam instinctu fusa.* Caterum Emblemata istud comprimis Sanctum Paulum spectat, qui visionis beatificæ apicem, hætenus omnibus in hoc mundo inaccessum, conscendit; nam *usque ad tertium calum raptus in paradysum, audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

Eminentia obtenta.

*Barclajus.*

*S. Paulus.*

*2. Cor. 12. 3.*

Virtus invidiam superat.

*Senec. Epist. 66.*

*Sil Ital. l. 13.*

610. Emblematis loco, Rupicapra montis fastigio insistit; compluribus canibus ad montis mediam & infimam partem frustra contra illam latrantibus. Lemma. **EFFUGIA PERDUINT.** Ita prorsus virtus apice adeo sublimi nititur, ut à mordacis invidiæ dente nullam offensam possit accipere. Seneca; *Quemadmodum minuta luminis claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, injurias, virtus magnitudine sua elidit atque opprimit.* Silius Italicus;

*Magnanima invidia virtus caret.*

*Claud in Sili. l. 3.* Et Claudianus;

*Est aliquod meriti spiritum, quod nulla furentis Invidia mensura capit.*

Spes in Deo.

620. Aloysius Ferrus Rupicaprae, supra montis verticem collocata, inscripsit; **ALTISSIMA TUTE.** Inde colliges, solam illam spem, quam in caelo ac Deo collocatam habemus, verum ac securam esse. Vix David edixerat, *Altissimum posuisti refugium tuum;* Mox subjungit, *Non accedet ad te malum.* Et Guericus Abbas, *Omnino,*

*inquit, pulchra pax, & securitas sempiterna, habet me in adjutorio altissimi, in protectione Dei caeli commorari &c.* Unde quando Apostolus ait, *spes autem non confundit;* Beda docet, non spem in homine collocatam, utpote semper defectuosam, & assiduis fortunæ calibus obnoxiam; sed felicissimam illam, ac securitate plenam, quam in Deo reponimus, intelligendam esse. *Confunderis, inquit, quia sefellit te spes posita in mendacium. Omnis enim homo mendax, si autem ponas spem tuam in Domino Deo; non confunderis, quia ille, in quo spem posuisti, fallere non potest.*

*Guericus 2. de S. Benedicto. Rom 5.*

*Beda in hunc loc.*

**SCIURUS.**

**Cap. XLIV.**

621. **S**ciurus, amnem trajecturus, exiguo aliquo ligno sustentari solet. Unde Aresius bonum latronem Emblemate significaturus, epigraphen subdidit. **DEDUCET ME.** Nam Crucis lignum, cui affixus incumbebat, eum ad æternæ salutis portum deduxit. *S. Ambr. Ubique Latro dicitur oberrans & naufragus, aliter ad patriam redire non poterat, nisi fuerit arbori alligatus.* S. P. Augustinus; *Insistit lignum, quo mare transeamus; nemo enim potest transire mare hujus sæculi, nisi cruce Christi portatus.* Et S. Clemens Alexandrinus; *Ligno, inquit, alligatus, eris solutus ab omni exitio, gubernabit te verbum Dei, & ad portum calorum te adducet Spiritus Sanctus;* quibus verbis ad Ulyssis fabulam alludit, quando navigii malo alligatus, Syrenum insidias declinavit.

*Latro bonus. S. Crux. T. Ambrey. S. Aug. To 9. Tract. 2. Ioan.*

*S. Clem. A. lib. 1. Pada cap. ult.*

622. Sciurus, tametsi corpore exiguus, ac viribus debilis, integra tamen flumina trajicere valet; remis verò, aliisque tranandi subsidiis destitutus, navigii loco tenuem truncum conscendit, & propria caudâ, in altum sublata, pro velo utitur: eaque industria virium imbecillitatem compensans, adversam ripam feliciter contingit. Unde etiam ab una arbore in aliam transilire solitus, caudam suam alæ loco vibrat. Camerarius Emblematis subscripsit. **VINCIT SOLENTIA VIRES.** vel **VIRIBUS INGENIUM POTIUS.** vel ut melius Academicus inter Errantes Brixientes Astutus; **AST EGO INGENIO.** Verisimilè dixit P. Amilius Probus; *Ingenium hominis omnia domat.* Et Manilius;

*Industria*

*P. Amil. Manil. lib.*

*Omnia conando docilis solertia vincit.*

623. Æstivo sole nimium quantum urente, Sciurus, ingenio usus, umbrosam suam caudam umbellæ loco interponit, sicque æstuantis cæli ardores declinat. Unde etiam, caudâ illâ coopertus, pluvias, ceteramque nubium intemperiam à se prohibet. Quare Bargalius inscripsit. **EDA SOLE, EDA PIOGGIA.** Id est; **SOLEM ARCET, ET IMBRES.** Hinc nimirum orbis omnem suam fiduciam in una Dei bonitate ac providentia collocatam habere dicit, quæ, si tantâ sollicitudine vilis hujus animalculi indigentiam sublevare, eamque adversus omnes cæli injurias munire solet, quantum magis homini, utpote Divinitatis imagini, tutelam ac securitatem præstabit? *T. Tabernaculum, inquit, ab Isaias, eris in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & a pluvia.* Eodem Emblemate significabis, mortis memoriam (quam, utpote hominis finem, appositè cum Sciuri cauda comparare licet) adversus omnes odii, libidinis,

*Defensu Providentia Dei.*